UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

N Ante Y

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

duos medius eſt ad aliquid tractandū.

Nuncio as. moneo/ſignifico. Terē. in ecy. At iſtos inuidos dij perdant ꝗ hęc libēter nunciant. Huius cōpoſita ſunt: Annuncio/quod eſt alicui nunciū porto. Hiero. lib. j. Regū. Neqꝫ enim fieri poteſt vt ſi certe cognouero cōpletā eſſe patris mei maliciā contra te/nō annunciē tibi. Denūcio/manifeſte nuncio. Columella. Sin autē cęli ſtat⁹ frigid⁹ ⁊ pruinoſus hyemis violentiā denunciat in idus februarias hanc curam differem⁹. Enūcio/extra nuncio manifeſto. Sal. Propere per fuluiā dolum Ciceroni/qui parabatur enunciat. Pręnuncio/ante nuncio. Teren. in Phor. Abi pręnuncia hanc venturā. Pronuncio/profero. Unde ꝓnunciatio/ꝓlatio: de qua Cice. li. j. ad herē. Pronūciatio eſt vocis vultus geſt⁹ moderatio cū venuſtate. Et ꝓnunciare eſt decernere a quo ꝓnunciatum ſtatutū. Obnūcio/cōtra aliorū volūtatē ſeu malum nuncio. Terē. in adel. Primus ſentio mala noſtra: prim⁹ reſiſto/omnia prius porro obnūcio/ęgre ſolus ſi qd fit/fero. Do. Qui malā rem nūciat/obnūciat. Obnunciare etiā dicunt augures ꝗ aliqd mali ominis ſeuūqꝫ viderint. Ci. pro Sex. Cūqꝫ auſpicijs religioniqꝫ parēſqꝫ abnūciaret/ qꝺ ſenſerat. Un̄ ⁊ ꝓ reſiſtere/reluctariqꝫ ponit. Sue. in Cęſa. Lege autē agraria promulgata obnunciantē collegā armis foro expulit. Renuncio de quo alibi.

Nundinę arū. pe. cor. a nono die dictę ſunt quaſi nouēdinę quę inſtitutę perhibētur: vt ruſtici octo dieb⁹ in agris eſſent: ⁊ nono die repeterēt vrbē ad mercatū ꝓ legibus accipiendis: ⁊ vt ſcita atqꝫ cōſulta frequētiore populo referrentur quę trinundino die prępoſita a ſingulis atqꝫ vniuerſis facile noſcebant. Un̄ etiam mos tractus vt leges trinūdino die promulgarent. Dicitur ⁊ nundinū neutro genere. Liui. Poſtqꝫ ꝟo comitia decem viris creandis in trinundinuꝫ indicta ſunt. Trinundinus autē dies vel trinundinū ſiue trinū nundinū dicebat dies tertiarū nundinaꝝ qui prędici antea ſolebat: vt notior eſſet vniuerſis. Ideꝫ eſt enim dicere Trinundino et tertijs nundinis ⁊ in trinundinum: hoc eſt in tertias nundinas. Sunt qui putent trinundinū eſſe trinū dierū ſpaciū ad habēda comitia creandorū magiſtratuū cauſa. Sed Feſt⁹ ſcribit nefas eſſe nundinis agi cum populo quod eſt populum ad conſilium/aut comitia vocare. Alij nō pro trium dierū ſpacio: ſed pro loco accipiūt ꝙ tribus in locis vno die fierent comitia: aut tribus diebus vno in loco celebrarentur.

Nundina ę. romanorū dea a nono die naſcētium dicta qui ⁊ luſtricus dicitur.

Nundinator/qui nundinis mercatur. Feſtus: Nundinis ruſticis conueniebant mercandi ⁊ vendendi cauſa tumqꝫ nefas erat cum populo agi ne interpellarētur nundinatores.

Nundinor aris. palam vendo: ſicut in nundinis fit: qꝺ et nundino as. ꝺr. Jul. Firmicus li. vj. mathe. Queſtus ⁊ libidinis cauſa pudorē duobus fratribus nundinabit: ⁊ ad coitū fratrē inuitabit ⁊ filiū. Apul. Toti nunc iudices ſentētias ſuas precio nundinātur.

Nundinarius a. um. qꝺ ad nūdinas pertinet: vel quod nūdinis deputatū eſt. Pli. lib. xij. His cōmercijs carracē oppidū aperuere: qꝺ eſt illis nundinariū.

Nunquādo/pro eo qꝺ eſt num aliquādo? Et habet accentū in pe. ſicut Aliquādo.

Nunquid interrogātis particula qua non tam interrogamus ꝗ artius inſtamus plerūqꝫ. Cōponit autē ex num ⁊ quid: ſed m mutatur in n. Et modo aduerbiū eſt: vt Nunquid ego ſum rabbi: modo nomen: vt nūquid criminis habes quod mihi obijcis? Sed apertius in non neutro genere: vt nunquis omniū noſtrū te offendit? hoc eſt an aliquis.

Nunqꝫ/nullo tpe: a quo nōnunqꝫ qꝺ ſignificat aliquando. Nunqꝫ nō ſignificat ſemꝑ. Sue. in Tib. Turbatiore cęlo nunqꝫ nō coronā laureā ceruice geſtauit ꝙ fulmine afflari negetur id genus frondis.

Nuo is. cū ſuis cōpoſitis. Uide in dictiōe Abnuo.

Nuper aduerbiū/ſignificat nō longo tpe a nunc. Boe. Hoc aūt qꝺ nuꝑ dixim⁹. Qūqꝫ de lōgiori ꝺr. Cic. de diui. Nam aū diſciplinā patefactā ꝗ nuꝑ inuēta eſt. Hinc nuperū: id eſt recens nouū. Plau. Recens captum hominem nuperū nouicium. Nuperrimus recentiſſimus.

Nurſia/vrbs antiqua ivmbria ex qua. Q. Sertori⁹ vir rei bellicę ſcientiſſimus ortus eſt. Sui. νουρκια καὶ νουρκια πολισ τυρρηνιασ η καὶ νακρια δια του αλφα.

Nuſqꝫ/locum negat: ⁊ ſignificat nullibi: ſicut vſqꝫ alicubi: quaſi nō quouis loco. Nuſqꝫ non ſignificat vbiqꝫ. Non nuſqꝫ alicubi.

Nutrio. is iui. vel trij. ſm Priſcia. Et ꝓprie paruuloꝝ eſt vt creſcant. Inuenit etiā nutrior tam deponēs ꝗꝫ paſſiuū. Uirgi. lib. ij. ge. Hoc pinguē ⁊ placidā paci nutritor oliuā. i. nutrito. Hui⁹ cōpoſitū eſt Enutrio.

Nutrico as. pe. cor. idē ſignificat. Cice. li. ij. de natura. de. Oia ꝗ ſunt ſic ſua mēbra ⁊ ſuas partes nutricant ⁊ cōtinent. Col. li. viij. paſſiuū protulit. Nā ſuburbanis lactens porcus acere nutricandus eſt.

Nutritius/qui nutrit/ſiue ꝗ curā habet infantiū ⁊ adultorū vt viuant. Hiero. Nō dixit: Accepit filiū ſuum ⁊ vxorē ſuā/ſed puerū ⁊ matrē eius quaſi nutriti⁹/nō maritus. Hic accipit quaſi cuſtos ⁊ nutritor marię neceſſitatibus: niſi dicamus quaſi nutritius pueri nō maritus marię. Eſt ⁊ nutritius a. um. Col. li. iiij. Ne incrementa duricia ſua reuerberet/ſed tenero velut nutritio ſinu recipiat ⁊ cęleſtes admittat imbres.

Nutrix/ꝗ nutrit. Cuius dimi. eſt nutricula Juue. Gallia vel potius nutricula cauſidicorū.

Nutus ⁊ Nuto as. Uide in dictione Abnuo.

N Ante Y

Nyctileus dictus eſt bacchus ꝙ eius ſacra noctu celebrarentur. Nam νυξ latine nox dicit.

Nyctilopes qui vident interdiu: occidente aūt ſole cernunt exiliter noctu nihil: hi etiā luſcioſi dicuntur a latinis Myopes ꝟo ꝗ iam ab initio ortus ſui niſi admota contueri nequeunt qꝺ genus curā non recipit: vt Ulpia. in edilicio edicto inquit. Pli. lib. viij. Caprinum iecur ſi veſcatur reſtitui priſtinam aciem his quos nyctilopas vocant.

Nycteris idis. veſpertilio tam minutis pedibus vt eis carere videatur.

Nycticorax/coruus nocturnus ꝗ ⁊ nocticorax.

Nyctelia/ſacrificia ꝗ baccho fiebāt a nocturno tꝑe dicta. Unde ⁊ bacchus nyctileus dictus eſt.

Nyctimene filia nyctei quo etiā noīe dicta eſt auis quędam in quā cōuerſa nyctimene fertur: qm̄ cum patre concubuerat facinus recognoſcēs in ſyluas aufugit ⁊ in noctuā cōuerſa lucem odit nocte tm̄ volitans: a grecis γλαυξ. appellat.

Nympha/latine ſponſa. Sed putauerūt antiqui nymphas aquarū deas eſſe: ꝗſi lymapharū numina. Nymphę ꝟo ab aquis deę ſunt quales ſunt dryades hamadriades ⁊ oreades. Quippe veteres gręci nymphā dicebant quā nos mutatione vnius litterę lympham hoc eſt aquā: aliquādo nymphę dicunrur muſę ꝙ aq̄ currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſępenumero a poetis inuocant. Uirgi. Nymphę noſter amor libetrides. Nymphus dicitur ſponſus a quo panymphus. Dicūtur ⁊ nymphę apes cum primum formā cęperint habere.

Nymphea plurali nūero ⁊ genere neutro dicūtur lac

⁊ balnea. ſul. Capitolinus. Opera Gordiani romę
nulla extãt ꝑter quędã nymphea ⁊ balneas Joſephꝰ
ſcribit herodẽ apud Aſcalonã ↄſtituiſſe Nymphea
id eſt lacus ⁊ balneas.

Nyſus ⁊ Nyſa noĩa propria ſunt. Uirgi. Nyſus ⁊ Eu
rialus. Jdem: Mopſo nyſa datur.

Nyſa, etiã vrbs arabię apud quam vt Diodo. ait: Bac
chus educatus a nymphis fuit. Unde ⁊ Nyſeus di
ctus eſt/ ac cognominatus dionyſius a ioue. ſ. ⁊ nyſa
nomen accipiens. Nyſa etiã non tam mons q̃ ciui
tas in india eſt a libero patre: vt refert Stra. condita
carminibus poetarũ celebratiſſima: ſita ſub radicibꝰ
montis quẽ Meron incolę appellant. Proper. Jn/
dica nyſeis arma fugata choris. Alia eſt Nyſa in bo
etia apud homerũ. Apd Pli. in Caria. Apud Stra
bonem vicus in helicone vbi ſimili modo colit̃ bac/
chus. Apud Pto. in Jonia ac lycia. Apud Stepha
num iu thracia. Multi tñ nyſę arũ, declinant.

Nyſſa per geminũ ſſ repagulum vnde curſores mouẽ/
tur a nyſſo: quoniã equi calcaribus vrgentur. Signi
ficat etiã metam ab νευω inclino/ ꝙ cum metam atti
gerint inclinentur.

Nyſirus peñ. cor. inſuſa in qua eſt vrbs eiuſdem nomi
nis. Home. Qui nyſyrõ habet celſam/ carpathonq̃
caſonq̃.

O Variis modis po
ſitum inuenit̃. Nam nomẽ eſt voca
lis. Aliqñ aduerbiũ vocãdi. Uirgil̃.
O regina nouã cui cõdere Jupiter
vrbem. Aliquãdo admirãdi. Juue.
O qualis facies ⁊ quali digna tabel
la. Aliquãdo indignãdi. Cice. in ca/
til. O tẽpora/ o mores/ o paterni ge
neris oblitę materni vix memor. Aliqñ optati aduẽ/
tus: aut repente perculſi. Terẽ. O ſalue/ opãphile.
Uirgi. Adſis o placiduſq̃ veni. Jnuenit̃ qñq̃ iũctũ
cum ſi. Perſius. O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi
ſeria dextro. Qñq̃ cũ vtinã. Ouid. O vtinã tunc cũ
lacedemona claſſe petebat. Jnterdum eſt interiectio
dolẽtis. Cice. O me miſerũ/ o infelicẽ. Exprimit non
nunq̃ exultãtis affectũ. Uirgil̃. O mihi ſola mei ſuꝑ
aſtyanactis imago. Et O felix ſi te tua roma vide/
ret. Tacet̃ qñq̃. o cum actõ iungit̃. Nam ⁊ ntõ ⁊ vo
catiuo legimus: vt apud Pli. iuniorẽ. Hominẽ te pa
tientẽ ac potiꝰ durũ ac pene crudelẽ. Et ſicuti docet.
Do. maioris ſtuporis eſt hoc modo pronunciatum:
Et qñq̃ melius ſonat. Teren. in Eu. Hominẽ perdi
tum miſerũq̃ ⁊ illũ ſacrilegũ.

O Ante A

Oataricha/ dicuntur mugilũ oua ſale cõdita ὠὸν eñ
ouũ interpoſita u euphonię cauſa ταριχον. ſalſum
dicit̃ ταριχευω ſeruo cõdio ſicut ęgyptij cadauera
aromatibus/ q̃ anteq̃ ad menſam apponebant lique
facio/ ſicco. Suid. σημαίνει δε και το ξηραίνειν
και οιονεισγαρον εξχορίζεσθαι λεγεται καί
ταριχηρα ταν του ταρι χοσ ουδετερωσ ωσ
αριστοφανησ βατραχοισεσι δεκρεασ αλσι/
πεπασμένον παρὰ το εισγαρον εξιχωριζεσ
θαι.

Oaxus/ ciuitas cretę ab oaxo a callidis nymphe Mi/
noidis filio: vl'a ſitu loci/ ꝙ crepidines greci axos vo
cent. Herodotꝰ quoq̃ oaxum vrbẽ crete facit in qua
Ethearchus pater phronime matris bacchi regna/
uit qui Cyneren libię vrbem ędificauit.

O Ante B

Ob prepoſitio ſeparari ⁊ cõponi põt. Separata cau/
ſalis cõiunctiõis locũ tenet. Uirgi. lib. xj. Cuius ob
auſpiciũ infauſtuz/ moreſq̃ ſiniſtros. Apud veteres
etiã ꝓ ad ponebat̃. Enni. Pendet ob romã noctu le
giones ducere. Cice. Papirio peto. Jn eo igit̃ cõui/
uio Cicero ille quẽ ſpectabant: cuius ob os graij ora
aduertebant ſua. Sic dicebant: Obire pro adire: ob
moueo pro admoueo: obiacẽt pro adiacent ⁊ cõplu/
ra hoc genus. Cõpoſita quãdoq̃ ſignificãt cõtra: vt
oppugno/ obijcio. Qñq̃ circũ: vt Obambulo/ obſi/
deo. Quãdoq̃ ſuꝑ ſiue corã/ ſiue obuiã: vt obuenio.
Qñq̃ ad: vt obeo. Dicimus enim: Jſte obiuit mor/
tem: hoc eſt iuit ad mortẽ. Cõponit̃ autẽ cũ a: vt ob/
audio. C. vt occũbo. d. vt obduco. e. vt obeo. f. vt of/
fero. g. vt oggãnio. h. vt obherbeſco. i. vt obijcio. l. vt
oblittero. m. vt obmuteſco. n. vt obnitor. p. vt oppu
gno. q. vt obquiniſco. r. vt obruo. ſ. vt obſto. t. vt obti
neo. v. vt obumbro. Sed quotiẽs vocalibus iungit̃
vel d. l. n. r. ſeruatur b integra. Cũ c mutatur b in c: ꝑ
terq̃ in obceco obſcurus ⁊ obſcenus: in quibus duo
bus vltimis b ſeruat̃: ⁊ ſ additur poſt b. Cũ alijs lit/
teris mutatur b in ſequẽtẽ litterã: niſi in his q̃ modo
excipiã. Jn f mutat̃: vt offẽdo. Offella vbi cauſa me/
tri abijcit̃ b/ cum tamẽ in offa in f mutet̃ Jn m: vt om
mitto: niſi apud poetas: vbi o breuiat̃ ⁊ b abijcitur.
Jn obmuteſco b ſeruandũ puto/ ſed non ꝓferendum.
q̃uis mutari in m debere videatur: vt de ommitto.
Priſ. ſentire videt̃. Jn p. oppono. Jn oportet tamen
neq̃ b/ neq̃ p: ſicut in opportunus geminamus. Jn
operio ſimiliter in adoperio ⁊ cooperio in quibus b
abijcit̃. Jn q ꝟo abijci puto b: vt ocquiniſco. Jn t va/
rie ſentit̃: ſed per b vſus ea ſcribit: vt obtineo. Jn ob/
ſtrudo ꝟo addit̃ ſ ꝑpoſitioni: ſicut in obſcurus. Et ali
ud eſt Obtrudo/ aliud obſtrudo.

Obacero as. pe. cor. Uide in dictiõe Acero.

Oberatus cum ę diph. dicit̃ miles ſeu quis alius: q̃ ęre
dato iam obligatus eſt: quaſi ęre alieno aſtrictꝰ ⁊ de
bitor ad aliq̃d oꝑandũ. Cęſar. lib. j. com. Oẽs obęra
tos: quorũ magnũ numerũ habebat eodẽ conduxit.
Uar. Res maioris: vt vindemias ⁊ fęniſecia admi/
niſtrant hi quos obęratos noſtri vocitarunt.

Obambulo/ aduerſus alios ambulo: vel ambulãti me
oppono/ ſiue circũeo/ aut obuiã eo. Plau. in ca. Jtez
alij paraſiti fruſtra obambulant in foro. Uirg. li. iij.
geor. datiuo iunxit. Non lupus explorat ouilia circũ
nec gregibus nocturnus obambulat: quod Ser. ex/
ponit. inſidiatur: Sed figurate dictum puto: vt Jt
clamor/ celo. Aliquando obambulare accipitur pro
vna iunctimq̃ ambulare. Sue. in Tiber. Et ſecretũ
petenti nõ niſi adhibito druſo filio dedit: dextramq̃
obambulãtis veluti incumbens quoad perageretur
ſermo cõtinuit. Ouidius de polyphemo dixit. No/
cturnus obambulat pro eo ꝙ eſt vltro/ citroq̃ ambu
lando diſcurſat.

Obareſco/ circũquaq̃ areſco.

Obaudio/ auditũ poſtergo. Et in eadẽ cõpoſitione au
mutat̃ in e. ⁊ dicimus Obedio: ⁊ fit cõtrarię ſignifi/
cationis quaſi dicto obediens ſum. Jnuenitur obedi
re dici de turpi obſequio. Cice. Dum autẽ ipſe dede
cori ac turpitudini obedierit: nõ mõ imperator oĩno
habendus non erit. Ponitur interdũ obaudire ꝓ au
dire ſeu obedire. Aug. li. xvij. de ciui. dei. Pro eo ꝙ
obaudiuit Abraã pater tuus vocẽ meã ⁊ cuſtodiuit
ꝑcepta mea. Alibi datiuo iunxit. Et ꝑcepta vtiq̃ ob
audire cupiẽtis. η ελλενίνον ταχαωβα πληθο
ησ μεροσοτι η τη τυρβη πινειν εν συμποσιο
ισεξεδιδοτο.

Obba poculi genus dicta q̃ſi ob bibere ſit facta.

Obceco as. non plus ſignificat q̃ ceco: in quo b rema/
net cõtra aliorũ regulã. Col. lib. iiij. Uelut ignorãtię
tenebris obcęcata luce veritatis caruit. Jdem lib. ij.
Ubi ſolutior eſt humus aliquę fiunt patẽtes: quędã